

ultrā 170. annos non distat, hunc textum, ut nullum alium ac-  
curatè descripsit, traditioni patriæ & divinam revelationem ad-  
dens, ita, ut Rabini, metrum hic subesse arbitrati sint, quod  
testē. *Magnop.m.Gerhard.in Disp. in b. l. vix verisimile*, cum verba  
enīm testamenti formalia, Mōlēn mutasse, vix sibi quis persuade-  
bit. Sed ut ut sit, satis vel inde hūjus textus majestas pater, quod  
diabolus eum tām anxie opūgnarit, *Dē Rab. Salamonē refert*, ex  
*Tostato, Vir Oriental. Profess. būjus Acad. Celeber. Dn. M. Sennertus*  
*Præceptor meus obse. in quadam Disputatione Philolog.* quod impiē  
statuerit; Jacobo moribundo delirio & ~~Agagōvū~~ correpto  
excidisse, & Perer. *Disp. 3. in c. 49. Gen. de Isidoro Pelusiota narrat*,  
eum imprudenter afferuisse, Jacobū morti proximum, voluisse  
futura prædicere, sed ob peccata liberorum Deo disponente, præ-  
serita prædixisse. Sed quām hæc vera textus præsentis tracta-  
tio docebit, is autem à variis variè, disponitur & pertra-  
ctatur, vel enim polemica ex hoc textu venantur, & sic  
maximam partem occupati sunt, in refutatione Judæorum,  
quibus ex voce Silo, Schevet aliisq; adventum veri Messiæ Sal-  
uatoris nostri demonstrant, vel Exegetica & homiletica intendunt,  
hi doctrinas negant, utriq; vero per dīxītāvū ut maximam  
partem procedunt, dispescentes textum, pro dupli promissio-  
nis genere, vel enim spiritualia, vel temporalia promittuntur,  
etiam in duō membra, quorum I. agit de rebus spiritualibus, de ad-  
ventu Messiæ, quæ res vocantur spirituales, monente Celeber.  
*Viro Dno Gesn. in Com. b. in locum, non quasi omnia hīc promissa,*  
æternam salutem immediate per se conferrent, sed in opposizio-  
ne rerum terrenarum, & prærogativæ concessæ tribui Judæ. Ibi-  
que pertractari potest, 1. Persona & Silo, 2. Tempus sc. sub defe-  
ctum Sceptri Judæ 3. officium quod per lōtionem pallij aliasq; fi-  
guras depingitur. II. membrum includit duo 1. *Juda Encomium*,  
Tu es Jehuda, 2. *de Jebuda vaticinium*, tibi incurvabun-  
se fratres, vaticinatur vero Sanctus Dei Spiritus, tribui Jehudæ  
& promittit ei, 1. fortitudinem, Leo es inquit mi fili Juda, 2. Re-  
giām dignitatem, manus illius in cervice in illorum & sceptrum,  
& 3. Messiæ consanguinitatem, Non recedet Sceptrum de Juda donec